



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorum, 1574**

**VD16 A 766**

Ad Eundem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

AD PAROCHUM.

**S**i te cura gregis, sit augeat cura salutis:  
Sollicita Pastor, suscipe mente librum.  
Sacramentorum qua sit veneranda potestas,  
Quisque usus, monstrat commoditate breui:  
Nam renouant, armant, pascunt, reparantq; relapsos.  
Et mortis trepida seua pericla leuant:  
Quoque regas sanctam iure & moderamine plebem,  
Denique Connubij fœdera sacra docent.  
Fac Pastor vigilas, etiam importunius in stes  
Ne pro neglecto tu grege damna luas,  
Ne penas soluas alieni criminis acres,  
Si dum tu dormis vastat ouile lupus.

AD EUNDEM.

Tradidit Hipparchus fixis documenta columnis.  
Subiectis fiant, ut manifesta suis.  
Non locor in triuijs, sed ad vrbes, oppida, pagos.  
Treuerici iussu Principis ibo liber.  
Erudiam quid lex inbeat diuina, vetetue:  
Quae sint Pastorum munia, quaeq; gregis.  
Parua complector methodo, qua fusa legendo,  
Vix tandem ex multis consequerere libris.  
Herculeos nodos, dubiosq; enucleo casus,  
Utere me: siam Lesbia norma tibi.  
Sic vsu praesto: velut annis me preit alter:  
Ergo mihi codex cede vetuste nouo.

AD EUNDEM.

For sitan ignoras qua sit tibi facta potestas,  
Curaq; dissecti qua capienda gregis?  
Me lege, nam insit fieri me Praesul, adactus  
Utilitate tua, religione sua:  
Non etenim solum qua sunt seruanda propino,  
Cum sacramentis plebs medicanda tibi est.  
Ast etiam erranti qua declaranda frequenter,  
Ut possis veram ferre salutis opem.  
Perlege, volue diu, nunquam tua conteret hostis  
More lupi clausus circumuennis oues.

INDEX